



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 40. S. Francisci Xaverii progressus in Japonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.
A. C. 1550

§. XL.

*S. Francisci Xaverii progressus in
Japonia.*

Turfelin in **E**nimvero hoc anno S. Franciscus Xa-
uita S. Fran. verius Cangoximæ innumeros pene
Xav. l. 4. c. 1. homines Christo lucrificerat; cum enim
2. & seq. maximos omnino labores Goæ toleraf-
Bouhours l. set, secumque quosdam Japonenses jam-
4. & 5. vide jam ad veræ fidei lumen conversos re-
supra l. 145. duxisset, Mense Aprili Anno Salutis
S. 97. nostræ millesimo quingentesimo quadra-
Raynald. hoc gesimo nono revulsis anchoris provehi
ann n 44. gessit, in Japoniam longo itinere navi-
Orland hist. gaturus. Venit navis nonnisi decima
Sec. l. 9. p. quinta Augusti Cangoximam, Pauli
179. & seq. Angeri patriam, qui erat unus ex illis
quatuor Japonibus, quos Xaverius se-
cum tanquam Evangelici Ministerii so-
cios adduxerat. Hic idem Angerus,
qui sacro Fonte ablutus Paulus a S. Fi-
de nuncupabatur, accepto Xaverii man-
dato profectus est ad Saxumanum Re-
gulum, qui ex Japoniæ Regibus unus
Cangoximam sibi subjectam tenens re-
giam suam sexta, aut septima leuca a
Pauli patria distitam habebat, multum-
que favebat eidem Angero, priusquam
ex oppido suo discesserat, ac supersti-
tionem ejuraverat: Cum ergo Xaverius
hujus Principis animum ad Christiano-
rum

rum sacra propensum perciperet, hujus ^{Sæc. XVI.} regionis idioma aliquantulum addiscere ^{A. C. 1550.} studuit, ac magisterio hujus Japonis usus illam, quam in Indiis composuerat, Symboli Apostolici explicationem in illius Provinciæ linguam traduxit, & postea Saxumanum Regem adiit ab eo perbenigne exceptus, qui tamen Christo sese subicere renuebat: Bonzii enim, quo nomine Japoniæ Sacerdotes, Monachi, Philosophi, ac Theologi appellantur, perperam huic Regulo insinuant, quod longe consultius esset avitam conservare Religionem: Cum autem hi Bonzii ex disputationibus cum Xaverio habitis plerumque convicti recederent, ignominia pudor acuebat magnum animi mærorem, quo patriæ suæ Religionem, cujus tamen depositum sibi creditum putabant, indies imminui deplorabant, quapropter in innumeris ferme calumniis opem quærebant, ut in populi animis Xaverio invidiam crearent, tandemque rem ad publicam vexationem deducerent.

§. XLI.

Xaverius Cangoximæ præpeditus, Firandi, & Amangucii Evangelium prædicans.

Cum Bonzii ingentem suam vitæ austeritatem plenis buccis deprædicarent, ^{Turfelin 1. 6. cap. 5.}

rent,